



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 57. Gallici belli continuatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.

A. C. 1677.

§. LVII.

*Gallici belli continuatio.**Hode vie de
Louis XIV.**Wagner vita**Leop. l. 6.**Theatr. Eu-**rop. tom. 11.**Gottfrid.**cont. Hist.**Chron. l. 9.*

Dum interea Protestantes Angli variis artibus & dolis Regis sui, & Catholicorum excidium maturare felici-
nant, Catholici Principes in Germania mutuis sese cladibus & damnis conficere certabant, & Galli quidem in Belgio non tam ferro, quam igne pugnare videbantur; nondum enim asperior hyems mitescere cæperat, cum ubique Brossii Gallici Tribuni incendiis hiberna incalescerent: Tabernarum Urbs jam priore anno magnam partem eversa, funditus exurit, Hanonia, Valencenæ, Cussa, Doxburgum, Bipontum, ac plurimi pagi post immensam direptionem passim Gallico igne collucunt. Cameracum denique victoribus Ludovici armis cedere cogitur, Carolus Lotharingiæ Dux Cæsareis copiis auctus Saravi-Ponti imminet, Gallosque, qui urbem jamjam continent incendio deleverant, ad arcis deditio-
nem compellit, ac præsidiarios Croatarum furori immolat, inde in Lotharingiam penetraturus, Metas contendit, ast a Crequio viam relegere suosque milites in hyberna reducere co-
actus est, quæ vix subierat, cum Galli
ino-

inopina oblidione Friburgum munitissi- Sæc. XVII.
 mam Briscoviæ urbem adorti, festina- A. C. 1677.
 tis impressiõibus deditione caperent.

Tum vero Monclassius Alsatiæ Guber-
 nator totam circum regionem ferro flam-
 maque vastabat, Brosius autem, cum
 Molsheimium, Muzingam aliasque Al-
 satiæ civitates exurere pararet, a Cæ-
 sareis circumventus, multoque vulnere
 concisus, promeritas crudelitatis suæ
 pœnas dedit; nihilominus Lucembur-
 gius Dux in Belgio Sitterium, Tungrim
 aliasque Brabantiae urbes primo di-
 reptas postea emissis incendiariis in
 cineres redegit, jactitans se a Rege jus-
 sum esse, omnem regionem, quæ in-
 ter Saram, Mosellam & Rhenum por-
 rigitur, feralibus flammis addicere. Ad
 tantam barbariem exhorruit ipsemet
 Monclassus, qui tot infelicium sortem mi-
 fertus exclamabat, Parisienses Ministros
 absdubio a Diabolo esse obsessos, tam
 sæva Tyrannide debacchantes in Ca-
 tholicos. Sub idem ferme tempus
 Philippus Aurelianensis Dux Regis
 Frater Audomaropolin urbem suis ar-
 mis subjecit, ad turpem fugam coacto
 Auriaco Principe, qui obsessæ urbi sup-
 petias ferre festinabat: non minus in-
 fausto successu idem Princeps Carlo-
 reum oppugnare aggrediebatur, a Lu-
 cemburgio obsidionem cito citius sol-
 vere

Sæc. XVII. vere coactus: solus Sueciæ Rex Gal-
 A. C. 1677. lis foedere junctus improspere mar-
 pugnat, qui quamvis Danos terra
 vicisset, nihilominus maritima pugna
 devictus classe sua ab eis detrita Mal-
 monensem urbem, atque Insulam Rug-
 gam Christiano Daniæ Regi, & Ste-
 tinum Brandenburgico Electori cedere
 compellebatur. Inter horrendos ho-
 bellorum strepitus ægre audiebantur
 pacis monita, quæ summus Pontifex
 ac Leopoldus Cæsar Neomagi bellig-
 tibus identidem suggerebant: Postu-
 labat Imperator Imperio ac foederati-
 hucusque a Gallis erepta, & Carolo
 Lotharingiæ Duci Barium & Lotha-
 ringiam restitui, nec minora petebant
 Daniæ Rex, Auriacus Princeps, &
 Batavi: Brandenburgicus vero damna
 sibi illata refarciri & Bremam, necnon
 Pomeraniam relinqui exoptabat. Hæc
 propositiones displicuere Gallis, qui
 seorsim, ut ceteros eo facilius ad sua
 vota compellerent, cum Batavis pa-
 cem, & cum Anglis inducias facere
 tentabant. Attamen horum molimina
 evertit Templius Angliæ Legatus, cu-
 jus conatui mire adspirabant diffidit
 inter Legatos subinde exorta; neglectum
 enim præcipuo pacis negotio Princeps
 pum Oratores Lotharingiæ Ducis, &
 Fürstenbergii Argentinensis Episcopus
 Lega

Legatis hanc prærogativam abnegare Sæc. XVII.
 moliebantur: inde vero ingens exorta A. C. 1677.
 est altercatio, quam importunius au-
 gebant Galli, qui a Pontificis Nuntio
 Anglisque pacis Conciliatoribus Gui-
 lielmum Fürstenbergium libertati resti-
 tui postulabant: His vero Cæsaris Ora-
 tor, se pro pace concilianda, non au-
 tem procuranda libertate privati cujus-
 dam Principis, cujus causa in foro
 competenti, non autem Neomagi di-
 judicanda esset, huc adventasse respon-
 dit: Hoc responso exacerbatî Franciæ
 Oratores, ut vices rependerent, Lu-
 dovicum Bevilaquam Pontificis Nun-
 tium exagitare decreverant, arrepta
 occasione ex Apostolicis literis, quas
 Pontifex ad Oratores Catholicos per-
 scripserat: Objectant ergo, quod
 Papa duos Oratores Gallos Estradio
 primo Legato inferiores non nisi *præ-
 stantes Viros* appellarit, ambos igitur
 Cæsaris Oratores vicissim hoc duntaxat
 nomine compellandos esse postulant:
 Cavillantur insuper, quod in diplomate,
 quo Nuntio plena agendi facultas fuis-
 set demandata, nonnisi Cæsaris, non
 item Regis Christianissimi nomen lege-
 retur, cum tamen Paulus III. in Bulla,
 qua Mantuanam indixit Synodum, post
 Cæsarem Franciæ Regis nomen appo-
 suisset, Julius III. quidem illud omise-
 rit,

Hist. Eccles. Tom. LXIV.

M

rit,

Sæc. XVII. rit, Regi tamen Carolo IX. desuper
 A. C. 1677. querenti, respondens, oblivionem ob-
 tenderit: Insuper Galli Oratores Pon-
 tificem tanquam pacis Interpretem ag-
 noscere detrectabant, eoquod in Prin-
 cipum Catholicorum mandatis de Pon-
 tificia mediatione nulla fuisset facta
 mentio: cum vero annuente Hispaniæ
 Rege Imperator ad honorandas Pontifi-
 cis tanquam Conciliatoris partes no-
 vum mandatum expediri iussisset, Nun-
 tius Galliæ Legatos rogabat, quate-
 nus & ipsi eundem honorem summo
 Pontifici deferre non recusarent: ve-
 rum hi culpam in Austriacos Hispanosque detorserunt, caussantes, quod
 ipsimet suassent, duplex diploma esse
 conficiendum, quorum uno cum Prote-
 stantibus (expresso nonnisi Angliæ Re-
 gis nomine) altero cum Principibus
 Catholicis plena agendi potestas, simul-
 que Pontifici congrua Mediatoris elo-
 gia darentur: cunctos tamen fœderatos
 præsentibus Kinskio Comite Austriaci
 & Petro Ronquillo Hispano obstitisse
 consultius igitur esse, ut confecta pace
 de opportunis agatur mediis, quibus
 salvo Angliæ Regis honore, debitas
 Pontificiæ mediationi decor amplior
 elogio reddi posset. His perceptis Apo-
 stolicus Papæ Nuntius, ne pacis nego-
 tium retardasse videretur, rem ulterius
 urgen

urgere destitit, quin propterea pacis Sæc. XVII.
negotium maturari posset, cunctis parta A. C. 1677.
retinere, nihilque cedere aut reddere
intentis.

§. LVIII.

Tumultus in Hispania.

Eodem anno, quo Enecon Toletanus *Gottfrid.*
Oraniensis Gubernator Barbaros, *Hist. cont.*
qui iterato hanc arcem in ora Africae *tom 3.*
sitam obsederunt, internecina aggres- *p. 231. l. 9.*
sione oppressos in turpem fugam con-
jecerat, Hispaniæ regnum intestino
aulæ dissidio concuti videbatur; cum
enim, Carolo Rege per ætatem ad-
huc Regiminis impare, Aulæ Ministri
propriis commodis intenti subditos
gravissimis oneribus premerent, alii
vero Gallicæ factioni plus æquo addicti
varia in Hispanici Regni detrimentum
molirentur, Rex nova Regiæ auctori-
tatis administratione suscepta, in eos
præprimis inquiri iussit, quos pluri-
morum querelæ reos notaverant: Hos
inter Ferdinandus de Valenzuela Vil-
laferriensis Marchio, ac primus Regni
Minister accusabatur, quod supremum
sibi imperium in Reginam, Regnumque
arrogans, ad satiandam avaritiam suam
præcipua Regni officia & dignitates
vendidisset, atque immensam auri vim
M 2 inde